

Disputatio medica, continens positiones aliquot illustres / [Henricus a Velsen].

Contributors

Velsen, Henricus a.
Horne, Johannes van, 1621-1670
Rijksuniversiteit te Leiden

Publication/Creation

Leyden : S. Matthiae, 1659.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/rt7spahg>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

D I S P U T A T I O M E D I C A ,
C O N T I N E N S

Positiones aliquot Illustres.

Q V A S,

Favente Deo Ter Opt: Max.

S U B P R A E S I D I O

D. JOANNIS van HORNE. Med. Doct.


& in Illustr. ac Præpot. DD. Hollandiæ West-Fri-
siaque Ord. Academia, quæ est Lugd. Batav.

Anatom. & Chirurgiæ Profess. Ordinarii.

Publicè propugnabit.

H E N R I C U S à V E L S E N, Heusd. Batav. Brabant.

Ad diem Maii, hora locoque solitis.



L U G D U N I - B A T A V O R U M

E Typographia S E V E R I N I M A T T H I E ,

c I c I c L I X .

Venerando Parenti,

D. GERARDO à VELSEN,

Patri meo, Heusdanæ Civitatis civi honestissimo, ad extremum usque vitæ halitum amore filiali prosequendo.

Amplissimo Spectatissimoque Viro.

D. RIPPERDO à GROENENDYCK, J.U.D.
& hujus urbis Ex-Consuli prudentissimo, Cognato meo semper honorando.

U T E T

Celeberrimo Doctissimoque Viro,

D. CORNELIO SCREVELIO, Med: Doct:
ac Scholæ Lugd. Batav. Rectori, cognato meo perpetim honorando.

N E C N O N

Clarissimo Eruditissimoque,

D. JOANNI van HORNE, Med: Doct:
& in Illustri Academia Lugd. Bat. Anatomiae ac Chirurgiae Professori Celeberrimo, Præceptor meo & præfid. plurimum Colendo.

Denique

Spectatissimo Doctissimoque Viro.

D. J A C O B O F E R R E R I S, Med: Doct:
expertissimo.

exp.

Disputationem hanc Medicam,

D. D. Consecro.

H E N R I C U S à V E L S E

POSITIONES MEDICÆ ILLUSTRES.

Positio I.

Edicina est ars humanæ sanitatis effe-
ctrix.

II.

Efficere , hic tam est conservare,
quam restituere.

III.

Quod apud Dogmaticos non fit
citra rationem & experientiam.

IV.

Injurii itaque sunt in artem nobilissimam , qui merè
conjecturalem eam faciunt.

V.

Cum in omni arte considerari debeant Subjectū, Finis,
& Media , quidni habebunt eadem principia locum suum
in Medicina?

VI.

Quandoquidem ex illis non tantum profluunt partes
jusdem , sed & nexus atque ordo cernitur , quo tractari
lebent singulę in Systemate Methodico.

VII.

Subjectum est corpus humanum , quatenus est aptum
ad sanandum.

VIII.

Media sunt Instrumenta, quibus utitur Medicus.

IX.

Finis verò sanitas est, seu corporis *sauvagia*, cuius effe-
tus est Integritas functionum.

X.

Ex fine d'educuntur duæ primæ ac supremæ Medicinæ partes, ~~unum~~ videlicet & ~~de~~ quarum illa conservat hominem ~~protectionem~~, hæc facit illum iterum talem.

X I.

~~agrestis~~ ille dicitur, qui eosque valet, ut stans & ambulans præ-esse adhuc rebus suis possit, à quo differt ~~alpinus~~ qui lecto affixus est.

X II.

Nec tamen in se consideratus finis duplex est, sed facimus talem, respectu discriminis quod est inter sanum & ægrum, interque officia Medici circa eosdem.

X III.

Si finem hunc assequi voluerit Medicus, necesse est instruētus sit sufficientibus & adæquatis instrumentis, sine quibus nullus artifex quicquam moliri potest : Ea verò in Medicina sunt triplicia, Diæta, Pharmacia & Chirurgia.

X IV.

Diæticum Instrumentum consistit non tantum in cibo & potu, sed & in reliquis sex rebus non naturalibus; quæ sic dicuntur, quia si bene quis illis utatur, Naturam conservant; sin minus, eandem destruunt, adeoque causæ fiunt morbificæ.

X V.

Instrumenta Pharmaceutica sunt ea omnia, quæ medicamentorum nomine veniunt : & petuntur vel ex plantis, vel animalibus, vel mineralibus; & nonnunquam simplicia, nonnunquam præparata, varieque commixta & composta ducuntur in usum.

X VI.

Instrumenta Chirurgica sunt Operæ manuum, per quas intel-

intelligo tum operationes, cujusmodi sunt deligatio, incisio, perforatio, fomentatio, emplastratio, cauterizatio &c. tum effecta operando producta, ex. gr. phlebotomia, fonticulus, setaceum, paracenthesis &c.

XVII.

Sed oportet quoque, ut Medicus habeat penitus perspectum corpus humanum, quod non, ut aliarum artium subjecta, purè passivum est, sed Medico cooperatur in facienda sanitate. quod eleganter Hippocrates l. 6. Epidem : s. v. §. 1. innuit, cum οὐτε νόσον in ἡρῷ scribit. Hæc verò subjecti consideratio, occupatur vel circa eorum contemplationem quæ ad corporis constitutionem pertinent (ut sunt partes generaliter sic dictæ, & triplici Hippocratica divisione expressæ) vel quatenus illud modo sanum modo ægrum est; quod per signa debet nobis innotescere: & hinc est quod prædictis accedat οὐσιολογία, παθολογία καὶ σημειωτική.

XVIII.

Constat corpus Humannum (animæ enim consideratio Medica non est, quia medicus, ut medicus, animam ignorare potest) ex partibus Continentibus, Contentis & impetu facientibus, & in illis tribus consistit fundamentū sanitatis & morbi.

XIX.

Partes Continentes, seu solidæ & stabiles, sunt, quæ non egent alienis terminis ad consistendum in certa quantitate.

XX.

Tales autem sunt tum similares, tum dissimilares.

XXI.

Similares partes optimè definiuntur, quibus priores aliæ per se existentes in corpore non reperiuntur, & ex-

quibus conjunctis oriuntur dissimilares.

XXII.

Similares sunt vel tales ad sensum, e. g. integumenta corporis communia, pili, unguis, ossa, cartilagines; vel revera & exactè tales, fibra videlicet & caro: nam ut fibræ ubique reperiuntur, ita etiam caro propria cuilibet parti. Et hæc sunt vera Elementa corporis nostri, quatenus ex iis, ceu minimis particulis, corpus nostrum constituitur, & in has ultimò ab arte resolvitur.

XXIII.

Dissimilares partes *τελεόχιν* & eximio quodā modo Organa seu Instrumēta vocantur, quia constituunt ex diversis organicis ad unā functionem perfectā conspirantibus.

XXV.

Variæ circumferuntur solidarum partium Divisiones: nos contenti erimus (rejecta distributione in spermaticas & sanguineas, cum omnes ex solo gignantur sanguine) distinctione in Principes & Ministras: Illarum, quamvis plures statuantur, absolutè tamen Princeps pars Cor est.

XXV.

Contentæ partes ordinariè censentur Humores, qui cum natura sua sint fluxiles, debent contineri aliquo vase, sinu, aliove conceptaculo.

XXVI.

Humoris nomen propriè competit massæ sanguineæ, in arteriis naturaliter contentæ: ita enim vocamus miscellam illam humorum, in qua tamen meritò excellit sanguis, specialiter sic dictus, optima videlicet pars ejusdem omnibus numeris absoluta, vereque & sola alimentaria.

XXVII.

Quia vero sanguis fit ex chymo, & hic è chylo originem suam habet, hinc fit, ut cum Cl. Hoffmanno Inst. l. 2.

c. 118. tolerare possimus, reductivè poni has substanzias in classe Humorum vel contentorum corporis.

X X V I I .

Sanguinis corpulentia duabus partibus constat, una fibrosa & alba, altera liquida & rubicunda: sed preterea adest ei, & imprimitur spiritus, qui vitalis merito vocatur, quia & vitam habet, & vitam aliis communicat.

X X I X .

Spiritus nomine intelligo corpus invisibile & impalpabile, quod sanguini in Corde communicatur; verbo, flammula quedam accensa & inhærens sanguini, ceu vehiculo & fomiti, quod patet ex iis, phænomenis in quibus videmus convenire cum cujuscunque flammæ conservazione & interitu.

X X X .

Vitalis in Cerebro fit animalis, sensum enim præstat, quo animal à non animali distinguitur. Evadit autem talis per contemperationem eam quam in cerebro accipit, cum alioquin sine hac edendis sensibus esset ineptus, ut pote calidior mobiliorque, & impurior ob admixta excrementa. sensus enim poscit sanguinem tenuissimum & purissimum, spiritumque stabiliorem.

X X X I .

Rectè itaque Philosophus l. 2. de partibus anim. c. 7. in iis animalibus, in quibus cerebrum est, esse ob conservationem totius Naturæ, statuit.

E P I -

E P I M E T R A.

1.

Mulier non est aberratio Naturæ.

2.

Est in generatione principium passivum:

3.

Quippe quæ materiam tribuat;

4.

Eaque sanguis est, verum semen mulieris;

5.

*Quamvis præterea habeat humorem quendam semini masculo non
valde absimilem, sed virtute nullo modo eidem æquiparandum.*

6.

Lactis materia sanguis est, non Chylus.

7.

Fætus in utero non tantum per umbilicum, sed & per os nutritur,

8.

Idque substantia quadam lateti non admodum dissimili.

F I N I S.

